



520
20

Z. n. 18.



18. iij.



A 3410

9

Q. D. B. V.

**STRENAS
NOVI ANNI**
NUTRICIO SERENISSIMO AC MUNI-
FICENTISSIMO,
PROCERIBUS ET LITERARUM
AMATORIBUS

OFFERENDAS
INDICIT
ET AD EASDEM

MAGNATES AULÆ ILLUSTRES ET UTRISQUE REIPUBL.
PROCERES STUDIORUMQUE PROMOTORES
ET ÆSTIMATORES
UNA CUM CIVIBUS NOSTRIS

IN
ORATIONE SOLENNI

QUÆ
DIE VIII. JAN. HORA ANTEMERID. IX.

IN ILL. AUGUSTEI AUDITORIO MAIORI
HABEBITUR

COPIOSE GRATIOSE BENIGNEQUE
EXCIPIENDAS

EA QUA PAR EST OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. THEOL. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.



Μολογυμίας μέγα omnium confessione magnum est illud
INCARNATIONIS Filii Dei mysterium, quo ^{οιδε}
Apostolo I. Tim. 3, 16. *Φανερωθεὶς ἐν σαρκὶ* dicitur: &
magna etiam sunt ad nos inde redundantia Dei Be-
neficia, quæ Angeli cœlestis melos canentes
^{ἐρήνης & εὐδοκίας} vocibus eloquantur & comprehen-
dunt: *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ἐρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.* Luc. 2, 14. Va-
riæ quidem circa hæc Verba quæstiones Philologis obortæ sunt.
Quærent: An verba hæc Angelorum sint optantium? quod com-
muniter sentiunt; an affirmantium? quod *Gomaro* placet; an ap-
probantium? quod *Grotius* statuit. Num voces ἐν ὑψίστοις ad Deum
in excelsis habitantem pertineant; an quod *Medus* vult, ad gloriam
Deo in cœlis quoque dicendam? An particula καὶ copulativa sit h. l.
ut videtur plerisque omnibus: an ipsa sit causalis, & causam dicat
gloriæ Deo dicendæ? quod *Zonare* visum est in Annotatione can. 74.
Concilii Constantinopolitani VI. in Trullo habitu p. 187. An ἐρήνης
nomine significetur reconciliatio Dei cum hominibus, an pax tem-
poralis, an metonymicè Christus ipse, Auctor Pacis? Item, an parti-
cula καὶ per ellipsin omissa sit ante verba ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, & recte
addita sit à *Syro* & *Arabe*, an vero sine illa particula subintellecta, ver-
ba adhaereant præcedentibus per modum appositionis & explicatio-
nis, qua dicatur, qualis pax sit intelligenda, sc. spiritualis compla-
centia Dei in hominibus? An sine præpositione ἐν, textus sit legendus
^{ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία} quod *Andr. Osiander* contendit in annot. ad Harm. Ev-
angelistarum lib. I. c. 7.? An εὐδοκία in Nominativo Doctoribus Lu-
theranis amata lectione, an εὐδοκίας in Genitivo Reformatis
potissimum laudata, an εὐδοκία in tertio casu commendata ab *O-*
siandro I. c. & à *Zegero* in Bibl. Crit. T. 4. f. 1186. recipienda sit? Sed
has impræsentiarum excutere quæstiones, nec tempus jam permit-
tit, nec institutum meum patitur, & chartæ hujus spatium nimis exi-
guum est pro amplissimo hoc argumento. Neque etiam de doxo-
logiæ huius membris diquirere possum, an tria, an duo sint consti-
tuenda, an una tantum sit propositio ex mente *Lightfofi* sic con-
struenda: ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία Dei propensa in homines Voluntas est
^{δοξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἐρήνη} est, inquam, Deo in altissimis gloria & in ter-
ris pax, i. c. Voluntas illa Dei in homines seu Benevolentia Dei erga
homines producit Deo gloriam & hominibus pacem. Quæ *Lightfofi*
explicatio in Harmonia Evang. T. I. opp. p. 285. & 291. & in Horis
Talmud. T. 2. op. p. 497. valde aridet *Byneo* in tr. de Calc. Hebr. lib.
I. c. 5. ed. prior. & in tr. de Natali Christi I. c. 4. & *Polus* in Synopsi
Crit.

Crit. h. l. non sine causa eandem ultimo loco reponit, ut stimulum in
 animis lectorum relinquat. Nobis vero, ut hoc breviter addam, ista
Subiecti traectio in hac Doxologia paulo durior videtur, ad quam ar-
 ripiendam nulla necessitate adigimur, cum naturalis verborum po-
 situs commodum nobis sensum offerat, à quo sine necessitate rec-
 dendum non est. Multo minus communem, quam exhibuimus
 Textus sacri lectionem, vellicare nos decebit, dum vetusimi N. T.
 Codices eam constanter exhibeant consensu antiquorum Patrum sti-
 patam, non diffidente *Millio* in N. T. ad h. l., ut ut in Prolegomenis
eudocias lectionem præferat. Magis vero hoc sacro tempore nobis
 convenit, ut simus solliciti de salutari fruitione *eichnis & eudocias* hujus
 divinæ per natum nobis Salvatorem partæ; ut nobis natum Salva-
 torem, nobis datum Filium Gratix et complacentiæ Divinæ, Filium
 DEI carnis nostræ factum participem quasi recens natum in hac hu-
 manitate sua excipimus, vera fide teneamus, nec unquam ex animo
 nostro dimitamur; ut habeamus Pacem cum DEO & Patris coele-
 stis in nobis *eudocias* *omnis* divine Benedictionis & spiritualis & corpo-
 ralis plenam, eandemque aliis quoque in hoc NOVO Anno apprecari
 queamus. Est scilicet tempus, quo more antiquissimo & Ethnicis eti-
 am usurpato Strenas & vota pia dare & accipere & reddere solent Pa-
 rentes Liberis, Liberi Parentibus, Amici Amicis, aliique aliis Summis
 atque infimis. Quod etiam commovit *Nobilissimum ac Præstantissimum*
Juvenem CHRISTIANVM ADOLPHVM *Gehe, Visena-Thur. SS. The.*
Studios. Solertissimum, quem nupere etiam in Nataliis Christi non sine
 applausu perorantem audivimus, ut & mihi daret occasionem bene
 precandi Superioribus, & sibi quoque arriperet spartam Interpretis
 Votorum Illustris Augustei nomine conceptorum. Equidem ego ste-
 ctogenua mea coram DEO & Salvatore nostro Jesu Christo, atque hanc
eichnis & eudocias Divinam precor omnibus, quibus coelestium exerci-
 tum turmæ, Angeli, spiritus sanctissimi eandem precati sunt, præ-
 cipue autem Charissimæ nostræ SAXONIÆ ejusdemque CAPITI
Serenissimo ac Potentissimo FRIDERICO AUGUSTO Regi Poloniarum
& Electori Saxonie, Regi ac Domino nostro Clementissimo. Et præprimis etiã
eichnis & eudocias hanc Divinam precor *Serenissimo Principi ac Domino, Do-*
nino CHRISTIANO Duci Saxonie, Clivie ac Montium, item Angriæ
& Westphaliæ, Landgravo Thuringiæ, Marchioni Misnie, item Superioris
& Inferioris Lusatiæ, Principi Comiti Hennebergæ, Comiti Marca, Ra-
vensbergæ & Barbie, Dynastæ Ravensteinii &c. &c. &c. Principi ac Do-
 mino nostro Clementissimo & Nutritori Munificentissimo. Pax hæc &
 complacentia Divina sit super Ipsum & in Ipso, & tranquillet animum
 Ejus

Ejus, soleturque Eum in omnibus molestiis, in vita & morte. DEUS hunc NUTRICIUM
 in hac *ignis & iudicia* nobis servet & omnibus animi bonis ornet & omnibus corporis com-
 modis cumulet, ut Ejus munificentissimo Patrocinio fruamur adhuc diutissime & feli-
 cissime! *Eignis & iudicia* Divina sit *Serenissimi Principis* nostri CONJUGII conjun-
 ctissimæ, *Serenissime Principi ac Domine*, Domine LUDOVICÆ CHRISTINÆ Duci
 Saxonia, *Clivia & Montium*, item Angria & Westphalia &c. &c. Principi ac Domine Cle-
 mentissimæ. Ipsa & in hac Pace ac Complacentia Divina letetur contra omnes Satana: insul-
 tus, Mundi & Peccati illecebras, insidias & molestias. *Eignis & iudicia* Divina sit in
 tota hac Ducali Domo Serenissima super omnes atque singulos, præcipue etiam super
Serenissimam Serenissimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGI, m. gl. & b.
Viduam & Prolem Serenissimam; nec non super *Sororium illud Decus & Principis Sere-*
nissimi Delicium, Serenissimam Principem ac Dominam, Dn. JOHANNAM WILHELMI-
NAM, & super FRATREM Serenissimū, *Serenissimum Principem ac Dn., Dominum JOHAN-*
NEM ADOLPHUM Heroem Bellicosissimum, Principem ac Dominum Clementissimum, Ejusque
Serenissimam CONJUGEM, & quosque alios Serenissimæ huic Domui quocunque amabili
 nexu junctos, & in ea vigeant, crescant & vireant ut laurus illæsa. *Eignis & iudicia* Di-
 vina sit omnibus, qui in hac Ducali Domo Serenissimo PRINCIPI sunt in COLLEGIS
Serenissimam CONJUGEM, & quosque alios Serenissimæ huic Domui quocunque amabili
 nexu junctos, & in ea vigeant, crescant & vireant ut laurus illæsa. *Eignis & iudicia* Di-
 vina sit toti huic CIVITATI Optimæ in omnibus Collegiis & Judiciis, in Senatu,
 in Ministerio, in Schola, & in Congressibus Civium, eademque superans omnem humani
 intellectus vim ac virtutem custodiat animos mentesque omnium ac singulorum in San-
 ctitate & Justitia Deo complacente, & in omni Benedictione Divina & spirituali & corpor-
 ali. Benedicentur quo huic Civitati benedicant, & Benedictum in ea quoque sit hoc
 nostrum illustre AUGUSTEUM & in eadem Divina Gratia, Pace & *iudicia* perennet.
 Bene DEUS esse velit per hanc Pacem & *iudicia* nobis & omnibus, qui nostro AUGU-
 STEO bene esse cupiunt, resque nostras amant & amplificant. Sit hæc *ignis & iudicia* Di-
 vina in hoc Novo Anno omnibus OMNIA. Nec tamen dixi omnia, plura restant & ex fida me-
 moria dabit STRENAQUE accumulabit, & omnis generis *Benedictionem* ex CONCOR-
 DIA *in primis studio progeminantem* commendabit supra laudatus juvenis Dn. CHRISTI-
 ANUS ADOLPHUS Gtise. Rogamus ergo, ne renuat pro Clementia sua SERENISSIMUS
 ac CLEMENTISSIMUS NUTRITOR noster *accipere Benedictionem nostram*, sed quod
 supplicii voce ac mente subjectissima oramus, *accipiat clementissime Benedictionem, quam*
offerimus, quoniam dedit eam nobis Deus, & abundamus adhuc omni Benedictione Divina,
 qua quotidie in Ipsum utamur. Sic loquor verbis Jacobi ex Gen. 33, ut paululum mutatis.
 Nec nuda tantum verba sunt in Strenis nostris, sed plenas fidei preces ac vota devota fun-
 dimus. Et Deus certissime exaudiet preces nostras & pondus dabit nostris inesse votis.
 Quapropter etiam atque etiam contendimus, ut *illustres* quoque *Aula Serenissime Magnæ*
Utriusque Reipubl. Procures ac Bonarum Literarum Abstimateores non tantum beni-
 gnissima fronte STRENAS has nostras NOVI ANNI accipiant & æqui bonique consu-
 lant, sed & exoptatissima præsentia sua, si petere hoc licebit, ac impetratu facile erit, com-
 modumque ipsis, & sua *Cives nostri* frequentia hanc Panegyrim exornet & splendi-
 diorem reddant. Quod beneficium gratissima semper mente agnosceamus
 acceptumque referemus. P. P. d. z. Januarii M DCC XXII.

LEUCOPETRÆ,

Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.





A 3410 9

Q. D. B. V.

STRENAS NOVI ANNI

NUTRICIO SERENISSIMO AC MUNIFICENTISSIMO,
PROCERIBUS ET LITERARUM
AMATORIBUS

OFFERENDAS
INDICIT
ET AD EASDEM

MAGNATES AULÆ ILLUSTRÉS ET UTRISQUE REIPUBL.
PROCERES STUDIORUMQUE PROMOTORES
ET ÆSTIMATORES
UNA CUM CIVIBUS NOSTRIS

IN
ORATIONE SOLENNI

QUÆ
DIE VIII. JAN. HORA ANTEMERID. IX.

IN ILL. AUGUSTEI AUDITORIO MAIORI
HABEBITUR

COPIOSE GRATIOSE BENIGNEQUE
EXCIPIENDAS

EA QUÆ PAR EST OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. THEOL. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.

